mane discessit senex ille qui venerat. ⁊ ob
liti sūt sumere cibū. Esuriit quidā frē a ma
ne et pugnabat cū aīo suo ne mādūcaret.
donec fieret hora tcia. Et facta hora. iij. exe
git a se. vt fieret hora sexta. ⁊ facta sexta. in
fudit panē ⁊ sedit vt manducaret. Post ea
vero surrexit dicēs. Manebo sic vsq; ad ho
ram nonā. Hora āt. ix. fecit orōem ⁊ vidit
op⁹ diaboli. sic fumū exeuntē a se. ⁊ ita ces
sauit esuries ei⁹. R. Infirmat⁹ ē qdā
senū ⁊ cū nō posset sumere cibū m̄ltis die
bus rogabat a discipulo suo vt faceret ali-
quid ei ⁊ reficeret. Abijt āt ⁊ fecit de fari-
nula lenticulas ⁊ zippulas. Erat āt ibi va
sculum pendens in q̄ erat modicū mellis et
aliud in q̄ erat rafenealion. id est lini o-
leū. ⁊ fetebat ita q̄ tm̄ ad lucernā pficeret.
Errauit aūt frē. ⁊ p melle d lini oleo misit
in pulm̄tum. Senex vero cū gustasset nihil
locutus ē s; tacitus māducauit. Cōpelle-
bat aūt eum iterū māducare ⁊ extorq̄ns si
bi māducauit. Et dabat ei tercio. ille aūt
noluit māducare dicēs. Vere ñ possum fi
li mi. Discipulus vero hortabat eū dicēs
Bonū est abba. ecce ⁊ ego māduco tecū
Qui cū gustasset ⁊ cognouisset q̄d fecerat
cecidit pnus in faciē dicēs. Ve mihi pr̄
q̄m occidi te. Et tu pc̄tm h̄ posuisti sr̄ me.
q; nō es locutus. Et dixit ei senex. Non
contristeris fili. si voluisset deus vt mel mā-
ducarē. mel hūisti mittere ī zippulas istas
Narrauerūt d sene q̄dā q; desiderauit ali
q̄n māducare cucumerē. Quē cū accepis
set. appendit eū pus an̄ oculos suos. ⁊ cū
eēt victus desiderio. domās seipm̄. pnīaz
agebat. q; vl' oīno desiderasset. S. Fr̄
quidā aliq̄n abijt visitare sororē suā ī mo
nasterio egrotantē. Erat aūt fidelissima ⁊
nō acquieuit aliq̄n videre virū neq; occa-
sionē dare frī suo. vt pter illā veniret in
mediū femiarū. ⁊ mandauit frī suo. Vade
frater ora p me. q; cū grā xp̄i videbo te in
regno celorū. Monach⁹ q̄dā occurrit an
cillis dei in itinere q̄dā. quib; visis diuer
tit extra viā. Cui dixit abbatissa. Tu si p-
fectus esses mōach⁹ ñ respexeras nos. sic
vt agnosceres q̄ femie eram⁹. Intra
uerūt aliq̄n fratres in Alexandriā. i nuitati
a Theophilo archiepō vt pñtib; his fac
ta orōne destrueret templa paganorū. Et
manducātib; eis cum archiepō. ministra
te sunt eis carnes vitulīne. et manduca
bant nihil discernētes Et accipiēs archi
epūs vnū capadiū. dedit iuxta se recūbēti
seni dicēs Ecce istd capadiū. id ē stucklz-
lein bonum est māduca abba Ille autem
rn̄dens dixit. Vsq; mō credebā q̄ olera
manducarē. Nā si carnes sunt ñ māduca
bo. Et vltra nēo acquieuit gustare. Fr̄
quidā in cella attulit panes recētes. ⁊ īui-
tauit ad mēsaz seniores. et cū māducassēt
singulos paximates. pausauerūt. Fr̄ vero
sciens laborem abstinētie eorū. cepit cū
hūilitate supplicare dicens. Propter deū
manducate hodie. donec saciemī Et man
ducauerūt alios denos paximates. Ecce
igit̄ q̄ntū sup q; opus erat. manducauerūt
propter deū veri mōachi ⁊ simpliciter absti
nentes. Egrotauit quidā senū aliq̄n ma
gna infirmitate ita vt ex eius visceribus
multus sanguis efflueret. Et attulit qui-
dā frater nixas siccas ⁊ fecit pultes. ⁊ mi-
sit eas ibi ⁊ obtulit seni. ⁊ rogabat eū di
cēs. Comede q̄m forte expedit tibi. Intu
ens aūt eū senex diu⁹ dixit. Vere dico
tibi frē q; volebā vt me dimitteret deus in
hac infirmitate eē alios triginta annos. ⁊
nullo mō acquieuit senex in tali egritudīe
vl' modicū sumere cibi ita vt tolleret frat
q̄d portauerat. ⁊ rediret ad cellā suā. T
Alter senex sedebat longe in heremo ⁊
contigit frēm venire ad eū ⁊ inuenit eū infir
mantem. Qui lauās ei faciē fecit ei refec-
tionē ex his q̄ attulerat. Qd cū vidisset se
nex dixit. vere frē oblitus erā q̄ haberēt ho
mines de cibo solaciū. Obtulit ei etiaz et
calicē vini. Qd cum vidisset plorauit di
cens. Nō spabā me vsq; ad mortē bibere
vinū. Statuit quidam senex vt qua
draginta diebus ñ biberet. Et si q̄n fieret
cauma. lauabat surrisculā ⁊ impleuit eaz
aqua. ⁊ appendebat eam an̄ oculos suos

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-137/0351
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG